



detur, hunc esse Ioannis sensum. Christi propinqui sic illi suaserunt, ut inanem captaret gloriam, quia Deum, & Messiam esse non credebant. Si enim hoc credidissent, non talia illi persuaderent. Sic ait citatus Cyrillus: *Miracula videntes occultis ab eo fieri in Galilea, inanem gloriam hortantur. Addit autem necessario Ioannes, nondum etiam illos in Iesu credidisse, ne tam frivola, deiectionis verba credentes dicere viderentur.* Humanam gloriam querebant, quia Christo non credebant, qui enim divina cognoscit, ac penetrat, facillime omnem mundanam aestimationem, omniaque temporalia bona despicit, ac à se abiicit.

Cyrrill.

Qui Dei magna gloria cognoscit, promptè munditia deficiit.

17. Euthym.

Chrysof. Theophyl.

Propinquitiam invidiam generat. August.

Chrysof.

18. D Thom. Impius ex se iudicat alios.

August.

19.

Genes. 4.

Homo ex suo animo de aliis praesumat.

Chrysof.

galiterq; viventem: qui scortis indulget, etiam pudice viventes habet pro incontinentibus. Vide supra cap. 8. num. 186. & tom. 1. lib. 3. cap. 13. quæst. 26. num. 123. & tom. 3. cap. 26. quæst. 5. num. 29. & tom. 3. cap. 15. quæst. 17. num. 133. & cap. 35. expof. 14. num. 369.

Ioan. 7. n. 6. Dixit ergo eis Iesus: tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

Num. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.

Num. 8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est.

Num. 9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.

VERSIONES.

Vatablus. Tempus meum nondum adest. Theophyl. n. 6.

Græcus. Tempus meum idoneum nondum advenit.

Arias n. 7. Me autem odit: quoniam ego testor de illo.

Euthymi. us. Testimonium fero.

Græcus. n. 8. Ego autem nondum ascendo.

Arabicus. Nunc non ascendo.

Aly Codices. Ego autem non ascendam.

Syracus n. 9. Et quicquid in Galilæa.

EXPOSITIO III.

DIXIT ergo eis Iesus. Cum multa mansuetudine respondit Dominus, nec fratrum audaciam arguit, quod eum admonere præsumperint. Chrysof. Non dixit, ait, qui estis vos, qui mihi consulitis, & me docetis? Tanto documento instrumur, fratrum ignorantias patienter sustinere, & quamvis iuxta Theophylact. & Euthymium datos superiori quaestione optime scriret Dominus, quod propinqui suadebant ei, ut transiret in Hierusalem, ut à Iudæis comprehenderetur ad mortem, tamen non irascitur in eos, sed leniter respondet Euthym. Tu vero mihi considera, ait, quam mansuete vulerit fratrum consilium, quo insidias apperebatur. Ipsi autem fratribus quamvis audacibus, ac incredulis non negat responsum, sed placatè respondet, incipiendo ab ultimo, quod dixerat, manifesta te ipsum mundo. Ut notat Caietan. ait eis, tempus meum nondum advenit, id est tempus meum ut proficiscar in Hierusalem ad festum Scenopegiæ, nondum advenit, quia tempus meum prædeterminatum est à Patre, à quo est statutum,

20.

Chrysof.

Theophyl. Euthym.

Ignorantia fratrum patienter sustinenda.

Caietan.

tum, ut post paucos dies palam ob odium Iudæorum illuc ascendam, tempus autem vestrum, in Iudæam adveniendi, semper est paratum, aptum, & commodum, cum vos crudeli odio non prosequantur Iudæi.

21. Chrysof. Euthym. D Thom.

Cyrrill.

Reprehensio generat odium in munditia. Theophyl. Cyrrill.

Sapient. 1.

22. Euthymius.

Græcus. Arabicus.

Cyrrill.

23. Chrysof. Leont. Theophyl. Albertus. Bonauent.

Non potest mundus odisse vos. Assignat Dominus rationem, ut notant D. Chrysof. Euthym. D. Thomas; Cur tempus propinquorum sit paratum; suum vero tempus nondum adit. Non potest, id est non habet causam, nec motuum. Mundus; mundiales homines Scribæ, & Pharisei odisse vos. Non possunt mundi amatores odisse vos sibi similes. Nam ut ait D. Cyrrillus lib. 4. in Ioan. c. 34. Similis fratrem diligit. Non arguitis mundi amatores facta, ac proinde quocumque liberit tempore Hierosolymam potestis ascendere, nullum enim vobis ibi imminet periculum, nullusque vobis ibi mortem machinatur. Me autem odit. Cuius rei causam reddit, quia ego testimonium perhibeo de illo, hoc est de mundialibus hominibus testor, colque arguo, quod mala eius opera sunt. Contraria nempe legi Dei, ac rationi. Ac si dicat Christus, ego eorum vitia arguo, ideo ipsi me persequuntur. Theophylact. Liberior enim reprehensio odium parit. Et D. Cyrrill. Animus enim, inquit, voluptati deditus, graviter fert, si à voluptate renocetur. Quia ergo Iudæi volebant relinquere sua vitia, ac iniqua facta, ideo odio Christum persequiebantur, eique perniciem moliebantur. Iuxta Sapient. affatum. 1. num. 12. Dixerunt impij: Circumveniamus opus vestrum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis.

Vos ascendite ad diem festum hunc. Vos, ait Euthym. qui nullum periculum timetis. Proficiscimini ad diem festum Scenopegiæ celebrandum. Ego autem non ascendo. Græcus legit: Ego nondum ascendo. Arabicus. Nunc non ascendo. Quæ lectiones licet sint clariore, tamen nostra lectio præferenda est. Nam si Christus dixisset: Ego nondum ascendo, seu Nunc non ascendo. Instarent Christi consanguinei, quo tempore es iturus, ut nos expectemus, & tecum simul ascendamus? Ego autem non ascendo. Modò, & aperte vobiscum, sed expecto paulisper, ut refrigeret Iudæorum ira, qui me magno impetu in exordio festi expectant, ut me interficiant. Post tres autem dies cum minori periculo illuc me manifestabo: ut dicam infra quæst. 5. num. 10. Quia meum tempus non dum est impletum. Ut opportune, ac commode ascendam. D. Cyrrill. lib. 4. in Ioan. cap. 35. Hæc dixit Saluator, ait, non quia nullo se modo in solemnitate ascensurum ostendere velit, nec quia ab vili redactione animam remonerit, sed quia opportuno tempore cuncta erant facturus.

QUESTIO III.

Quare Christus omnium temporum Dominus dixerit, tempus suum eundi in Hierusalem nondum esse paratum?

Ad quaestionem respondet primò D. Chrysof. homil. 47. tempus meum, ait, nondum advenit, hoc est crucis, & mortis. Similiter exponunt Leont. Theophylact. Albert. Magn. D. Bonauent. interpretantur Christum dixisse, nondum venisse moriendi tempus, quod

sibi à Patre prædeterminatum erat. Hoc enim tempus suum, sicut & horam suam Christus vocare solet. Ut infra hoc cap. num. 30. & cap. 8. n. 20. & cap. 13. num. 1. Quamvis enim Christus summè affectaret mori, tamen magis voluntati, magisque attendebat ad commune bonum, quod requirebat, ut pro magnis documentis dandis, adhuc viveret, quam ad propriam inclinationem dandi vitam.

Secundò. D. August. tract. 28. in Ioan. Quid est hoc? Nondum venerat tempus Christi? Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? Respondet in persona Christi: Tempus gloria mea nondum venit; videte quam profundum sit. De gloria illi admonent, sed ille voluit altitudinem humilitate præcedere, & ad ipsam celsitudinem per humilitatem viam sternere. Ita Beda, Rupertus, & alij. Qui cum D. Augustino existimant, ut retuli superiori quæst. quod fratres suadebant, ut Ierosolymam peteret, ut divulgata miraculis sua potestate gloriam quæreretur. Tunc Christus ait illis, quod tempus suæ glorificationis nondum advenit. Nolebat enim fructum gloriae, & maiestatis nisi post crucem, & mortem decerpere. In monte sublimi Israel plantabo illud; & erumpat germen, & faciet fructum, & erit in Cedron magnum, Ezech. 17. n. 23. In monte sublimi Israel plantabo illud. Tranferunt Septuaginta. Plantabo super montem excelsum, & suspendam illud in monte sublimi Israel. Quæ verba de Christo interpretantur D. Hieron. Theodoret. Exeo quod crucifixus est in monte, vide quid sequitur, faciet fructum, & erit in Cedron magnum. Theodoret. Excelsus, ait, Golgothis est, ubi salutaris infixæ crucis est: Deinde post passionem, resurrectionem, & evangelij propagationem, & producet germen, & faciet fructum, quem orbis terrarum vindemians, & depascens, æternam vitam sperat.

Tertiò. D. Cyrrill. lib. 4. in Ioan. cap. 33. Ac si dicat Christus, nondum palam faciendi omnia tempus adest: nec etiam ut gentibus hæc omnia irradantur, quum nondum penitus à gratia Iudæi resisterint. Meo igitur, inquit, manifestationis tempus nondum adest. De tempore manifestationis Christi sententiam interpretatur, ac si ipse respondeat ad id, quod ultimo fratres dixerant: Osede te ipsum mundo. Tunc ait ipse: Nondum advenit tempus meum. Quando scilicet gentibus, ac toto mundo sum manifestaturus, hoc autem fiet, postquam à Iudæis repellar, ut determinatum est à Patre meo: hoc autem meum tempus tantæ prædicationis, ac conversionis gentium nondum advenit, vestrum autem tempus, in quo non multum est negotij, semper est paratum. Cuius rei optimam rationem assignat citatus D. Cyrrill. Quocumque maiori dispensationi res subiacent, non omni tempore commode aguntur. Quales Christi res erant: res autem eorum, qui maiora negligunt, & humiliora sequuntur, quoniam tempore suscipi possunt. Magna non omni tempore subiacent, parva verò quodlibet tempore habent opportunum. Saluian. Massili. lib. 4. ad ecclesi. fin. Seminis, ait, expectat tempus agricola, ut colligat fructum, ut autem fructus pereat, omne tempus sufficiens.

Quartò. Ammonius in Catena Græca sic ait. Vos, inquit, temere agitis, quod vultis. Non sic ego, eo quod singula geram utiliter. Cum iudicio, & ratione, magna enim prudentia erat, tunc quod Christus ad diem festum non ascenderet, ut latius explicabo sequenti ratione. Ait Moyses: In principio

Tempus mortis peculiare Christi tempus.

24. August.

Beda. Rupertus.

Christus noluit gloriam nisi per mortem, & passionem.

Ezech. 17.

Septuaginta.

Hieron. Theodor.

25. Cyrrill.

Res magna non omni tempore subiacent, sed res parva.

Saluian.

26. Ammonius.